BREVIARIUM SALISBURGENSE
Salzburg, um 1475 Seite 279r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



occurrerit. sed omnia de vi
gilia agant et festum antici
pet uel postponat. ¶ Feria
quarta in vigilia ascensionis
ad matutinum sic in omnibus vigi
liis dominum fiat excepto sabbato
sancto pasce. Ewangelium secundum Johannem
Ait Sublevatis ihesus ocu
lis in celum dixit Pater venit ho
ra clarifica filium tuum ut filius
tuus clarificet te sicut dedis
ti ei potestatem omnis carnis ut
omne quod dedisti ei det eis vi
tam eternam Et reliquit Augustinus
Glorificatum a patre filium se
cundum formam servi quem pater
suscitavit a mortuis et ad su
am dexteram collocavit res ip
sa indicat et nullus ambigit
xpianus Sed quoniam non tantum
dixit Pater clarifica filium tuum
sed addidit etiam ut filius tuus
clarificet te merito queritur
quomodo clarificavit patrem
filius cum sempiterna claritas pa
tris nec diminuta fuit in for
ma humana nec augeri po
terit in sua perfectione divina sed
in se ipsa claritas patris nec
minui nec augeri potest Tu. A
pud homines autem procul dubio mi
nor erat quando in iudea deus
tantummodo notus erat non
dum a solis ortu usque ad occa
sum laudabant pueri nomen
domini Hoc autem quia per ewangeli
um xpi factum est ut per filium
pater innotesceret gentibus pro
fecto patrem clarificavit et fi
lius Si autem tantummodo mor
tuus fuisset filius nec resur
rexisset procul dubio nec a
patre clarificatus esset nec pa
trem clarificasset Nunc autem
resurrectione clarificatus a
patre resurrectionis sue predica
tione clarificat patrem Tu Hoc
quippe aperit ordo ipse ver
borum clarifica inquit filium tu
um ut filius tuus clarificet
te tamquam diceret Resuscita
me ut innotescas in toto or
be per me Deinde magis ma
gisque pandens quomodo cla
rificet patrem filius sic dedi
sti inquit michi potestatem omnis car
nis ut omne quod dedisti ei det
eis vitam eternam Omnem carnem
dixit omnem hominem a parte to
tum significans quemadmodum
rursus a parte superiori sig
nificat homo totus Ubi ait
apostolus Omnis anima potestatibus
sublimioribus subdita sit Tu